Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



egressus eius: et ueniet nobis quasi ymber te
paneus et serotinus terre. Quid faciam tibi
ephraym: Quid faciam tibi iuda: Miseri
cordia uestra quasi nubes matutina: et quasi ros
mane pertransiens. Propter hoc dolaui in prophe
tis: et occidi eos in uerbis oris mei. Et iudicia
tua quasi lux egredientur: quia misericordiam uolui
et non sacrificium: et sciam dei plusquam holo
Dixit dominus ad moysen: et aaron in terra egypti. Mensis
iste uobis principium mensium: primus erit
in mensibus anni. Loquimini ad uniuersum
cetum filiorum israel: et dicite eis. Decima die
mensis huius tollat unusquisque agnum per fa
milias et domos suas. Sin autem minor est
numerus ut sufficere possit ad uescendum ag
ni: assumat uicinum suum qui iunctus est
domui sue: iuxta numerum animarum que
sufficere possint ad esum agni. Erit autem ag
nus sine macula: masculus anniculus. Iuxta
quem ritum tolletis et hedum: et seruabitis eum
usque in quartam decimam diem mensis huius:
immolabitque eum uniuersa multitudo filiorum
israel ad uesperam. Et sument de sanguine: et po
nent super utrumque postem: et in superliminari
bus domorum in quibus comedent illum. Et

Sine titulo.